

2089

LITURGICI.

2090

225. occurrit Missa *Pro victoria christianorum*, e cujus Orationibus liquet, eam *contra christiane fidei pestiferos turbatores, contra hereticam prauitatem et hereticorum potentiam* dirigi, quo nomine non nisi *Hussitas* eo aevo designari potuisse credam. Successu temporis ad Ecclesiam aliquam Ordinis *Franciscani* devolutum Codicem probant Festa ejus Ordinis serius *Calendario* adscripta; ad nos vero e *Neostadiensis* Episcopatus Bibliotheca peruenit.

DCCCLIII.

R. 3095 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 265. 4. per duas columnas bene scriptus, coloribus illustratus et deauratis initiorum Literis *Missale* est, et quidem ad Ecclesiam *Pataviensem* pertinens; nam in praevio *Calendario* VII. Id. Jan. *Valentinus Ep.* et III. Non. Aug. *Inuentio S. Stephani* minio signatur. Ante *Canonem* picta visitur Icon *Servatoris* tribus clavis cruci adfixi et latere dextro con-

*Vbique fines tuos pax possedit Austria Leopoldo te gubernante,
Que in melius reformabitur Innocentio ipsum sublimante.*

Atqui *Innocentius VIII.* illum an. 1485. aris imposuit.

DCCCLIV.

R. 2238 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 280. f. max. magnifice perscriptus, initiorum literis et marginibus florulentis auro, coloribusque speciosis, et rubricis

fossi adstante Matre et Discipulo. In *Te igitur* &c. supplicatur *pro Papa nostro, et Antistite nostro, et, quod singulare, rege nostro;* inter *Collectas* tamen fit Oratio pro *Imperatore et Romano Imperio*. In Adpendice habetur etiam *Collecta contra Turcos*, et praeter varias Missas partim recentius institutas, partim nunc antiquatas *Missa de XXIV. Senioribus*, cujus Orationem adscribo: *Deus, qui ineffabili pietatis providentia prestitisti, ut viginti quatuor seniores in conspectu maiestatis tuae fidelium offerrent supplicationes. Presta nobis miseris gratiam tuam: ut eorum precibus et meritis in cunctis necessitatibus nostris auxilium impetremus. Per dom. De hoc errore e perperam intellecto C. 4. Apocalypseos profecto, et Austriae Provincias pervagante dixi Vol. I. P. II. col. 2288. Codicis scripti Aetas adlucet e subjuncto Chori Officio de S. Leopoldo Austriae Marchione, cujus ultima Antiphona in Vesperis haec est:*

distinctus, quondam Bibliothecae Episcopatus *Neostadiensis*, praemisso *Calendario*, in quo praeter obscuriores quosdam ad diem 28. Aug. notatur: *Hic obyt Teodoricus Episcopus Noue ciuitatis* (ex Ord. Minor. adsumtus) *hora fere undecima noctis anno 1530.* ita inscribitur: *Secundum consuetudinem chori iuuuuiensis ecclesie missarum*

U 2

tem-

2091

C O D I C E S

2092

temporis officia incobant. Et primo Dominica prima in aduentu domini. Ordo Missalium vulgatus; variant tamen quandoque Rubricae. Ita fol. 14. p. 2. praescribitur: Si uigilia natiuitatis domini in dominicam euenerit, officium dominicale priuatim per sacerdotem ad priorem missam cantetur. Fol. 277. p. 2. Orationes tres pro avertenda Morte subitanea inscriptae sunt:

Aspice mortalis. Fuit unquam passio talis?

Peccatum spernas, pro quo mea vulnera cernas.

Ut uiuas, morior. Non est dilectio maior.

Ad calcem opportune: Finitus est presens liber missalis secundum rubricam chori Salczburgensis. littera antiqua correcta beneque distincta exaratus per Joannem von werd de Augusta Anno a partu uirginis salutifero Millesimoquadringentesimo nonagesimo quindecimo kalendas martij. de quo fit laus et honor cunctipotenti. intemerataeque uirgini eius matri. et totae curiae celesti supernorum ciuium. Dixi opportune; nisi enim adiectus esset scriptiois annus, facile quis maiorem aetatem adrogaret Codici. Hinc etiam cum ratione dixit Librarius, se littera antiqua usum, quae cautio seruire potest antiquorum Codicum tractatoribus, ut quae vis sit imitationis, probe semper meminerint.

DCCCLV.

C. 942 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 190. 4. maj. per

Pro immortalitate hominum. Inter Picturas singularis illa Initii, qua David genu flexo aeterno Patri Filium in forma Pusiunculi offert; splendida vero et ingens illa ad Canonem Christi cruci adfixi cum Adstantibus, in cuius margine quadrato auro fulgente formis quibusdam aurum hebetantibus et oculos facile fugientibus impressi sunt hi tres Versus:

duas columnas luculente exaratus, literis initiorum deauratis, picturisque variis admodum scite decoratus Missale est e Parthenonè Halensi Tyroleos adlatum, scriptum vero in Bohemia, ut e Festis in Calendario praevio adnotatis, e Pragensis Capituli cathedralis Insigni cum fol. 70. tum fol. 129. adpieto, demum e Missa pro defuncto archiepiscopo Zbinkone fol. 187. p. 2. liquet, qui Zbinco de Zagicz, seu Hasenburg obiit Posonii 1410. unde scriptiois tempus coniectes. Calendario subiecta sunt artificii penicillo Signa Zodiaci, e quibus mense Septembri Librae inter utramque lanceam addita Litera W radiata, quod eo mense D. Wenceslzi memoria agitur. Missalis is ordo est, ut Missas de Tempore excipiant propriae Sanctorum, tum communes, Canon praefixa est Imago Servatoris cruci, ut solet, adpenfi adstantibus Maria et Johanne, infraque